



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ven. Viri Thomæ Malleoli A Kempis, Canonici Regvlaris
Ordinis D. Avgvstini. Opera Omnia**

Thomas <von Kempen>

Dvaci, 1625

Capita Hvivs Libelli.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45790](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45790)

HORTVLVS ROSARVM.

CAPITA HVIVS LIBELLI.

D E bona societate querenda, & mala fugienda. De fuga seculi, & laqueis diaboli.	Cap. I.
De vera sapientia apud Deum querenda.	II.
De pugna contra propria vitia.	III.
De deuotionis gratia acquirenda.	IV.
De auditione & lectione diuini sermonis.	V.
De diuina consolatione in tribulatione.	VI.
De gaudio bonae conscientiae, in Spiritu sancto.	VII.
De bonis moribus humilis fratris.	VIII.
De instabilitate humani cordis.	IX.
De fiducia in Deo habenda tempore angustiae.	X.
De virtute orationis, & utilitate sacrae lectionis.	XI.
De laude charitatis, & fructibus eius.	XII.
De vigili cura & labore contra tentationes.	XIII.
De fraterno onere inuicem portando.	XIV.
De amore Christi, & odio mundi.	XV.
De imitatione sanctissimae vitae Domini nostri Iesu Christi.	XVI.
De aeterna laude Dei.	XVII.

CAPVT I.

De bona societate querenda, & mala fugienda.

Psal. 17. **I**Cum sancto sanctus eris, & cum perverso peruerteris. Attende diligenter, frater amāde in Christo, ne seducaris à socijs maleuolis, dissolutis, & mendosis. Iunge te fratri virtuoso, & disciplinato, & erudito, à quo audias semper verbum bonum, consolatorium, & imitatione dignum. Sicut enim carbo frigidus, coniunctus igni ardenti, fit calidus & ardens: sic tepidus socians se feruido & deuoto, fit saepe feruidus & deuotus, doctus & morigeratus. Sic Apostoli adhaerētes Christo, facti sunt viri sancti, repleti Spiritu sancto. Sic Marcus adhaerens sancto Petro, fit eruditus in Euangelio sancto, quod audiuit ab ore beati Petri cum ingenti gaudio. Sic Timotheus adhaerens sancto Paulo, fit doctus in Scripturis sanctis, à iuuentutis suae exordio. A quo postmodū
pro-

Qui meliores euaserunt sanctorum commercio.
Apostoli.
S. Marcus.

Timotheus.